

tu ipsemet s̄epissimè, dūm mecum ipsi adesses,  
 vidisti (quæ procul dubio affectum aliquem in  
 renibus subesse, significant) ipsi vsum Acidula-  
 rum consuluius. Processus curationis & ope-  
 rationis ingeniosus fuit, quem libenter tibi  
 communicassem; sed expecto, donec videro, an  
 Dominus Doctor LENTVLVS aliquid hac de  
 re scripturus sit: nisi id fecerit, tentabo casum  
 illum pro ingenij mei tenuitate scriptis man-  
 dare, & tertiae centuriæ inferere: secunda enim,  
 iam dudum, vti vidisti, completa est. O Zæni-  
 cus noster, laus DEO, optimè conualuit. Post  
 tui discessum ossicula quamplurima è palato  
 eximere coacti fuimus. De Sanicula fœmina,  
 & spiritu Cornu ceruiad Clarissimum D. Do-  
 ctorem PENOTVM (qui ante mensem sedes  
 suas Genevæ fixit) scripsi, quem D. Magister  
 EMAN. V\_RSTISIVS quidem ipsemet adiuit;  
 sed quid responderit, ex incluso Apographo  
 suarum literarum, videre poteris.

Cæterūm, quia te Chirurgicarum operatio-  
 num & curationum audiissimum esse sciam, nō  
 inuitè tibi modum meum procedendi in rela-  
 xatione Vuulæ communicare, & instrumenta,  
 ad hanc operationem & curationem neceſſa-  
 ria, simul mittere placuit.

Ex duabus autem proximè præcedentibus  
 Observationibus, relaxatas columellas incur-  
 biles, & minimè attingendas, satis supérque  
 cognoscere potes. Nunc quomodo ego non  
 rarò maximas quidem & ingentes relaxatas  
 columellas sanauerim, paucis addam. Relaxa- Causa rea  
laxationis  
Vuula:  
 tur autem, vt HIPPOCRAT. docet lib. 2. de

E